

genere relationis: materia vero est in genere substantie.

Consuetudo est altera natura.

Materia prima non potest separari ab omni forma

**Secundi physicorum**

**N**atura est principium motus et quietis in eo in quo est per se et non per accidens.

Eccus natus non potest disputare de coloribus quantum ad rem sed bene quantum ad nomen.

Tota substantia artificialium est eorum materia.

Materia dicitur natura et etiam forma et privatio.

Materia non habet privari omni forma.

Forma et materia non separata secundum esse sed secundum rationem.

Forma est magis natura quam materia: quia magis dicitur esse unum quodque secundum quod est in actu: quam secundum quod est in potentia

Subiectum et sua propria passio sunt eiusdem considerationis.

Abstrahentium non est mendatum.

Natura iam diffinitur cum motu et materia: se habili

Materia et forma eiusdem sunt considerationis.

Arts imitatur naturam in quantum potest.

Forma est finis materie.

Finis non solum est ultimum rei sed optimum et ultimum.

Mos sumus quodammodo finis omnium.

Homo et homo generant hominem ex materia.

Cause sunt quatuor. scilicet materialis: formalis: efficiens et finalis.

Aliqua sibi inuicem possunt esse cause.

Forma et finis maxime coincidunt.

Idem aliter se habens oppositorum est causa.

Causa et effectus in actu simul sunt: et non sunt.

Causa et effectus debent esse simul proportionata

In celestibus nihil videmus fieri a casu.

Fortuna est causa per accidens in his que sunt a proposito propter finem et raro.

Bona fortuna est quando aliquod bonum evenit: in illa autem quando aliquod malum evenit.

Infortunium est quando aliquod bonum magnam evenit: infortunium vero quando aliquod magnam malum contingit.

Quod parum distat ab intellectu: quasi nihil reputatur.

Fortuna non est nisi in agentibus a proposito et a voluntate.

Causa est solum in animalibus irrationabilibus et in rebus inanimatis: unde dicitur quod

equus casu venit ad stabulum et saluatus est: et casu tripodam cecidit et stetit.

Ad quod per se est: est prius eo quod est per accidens.

Frustra et vanus est id quod ordinatum est ad aliquem finem quem non consequitur.

Forma: finis: et efficiens: sepe coincidunt.

Materia et efficiens: vel materia et finis: nunquam coincidunt.

Materia cum nulla causa coincidit.

Que movent non mota: non amplius physice considerationis sunt.

Natura agit propter finem.

Finis imponit necessitatem hiis que sunt ad finem.

Finis in operabilibus est sicut principium in speculabilibus.

**Commentatoris.**

Prime artificiales sunt accidentia in substantiis naturalibus.

Duplex est finis. scilicet generationis et rei generate.

Anima humana est medium inter formas materiales et abstractas.

Qui dicit naturam non agere propter finem: tollit sollicitudinem dei circa ista inferiora.

**Terii physicorum.**

In motu necessario est ignorare naturam.

Tot sunt species motus quot sunt species entis.

Motus est actus entis in potentia: in quantum in potentia.

Omne mouens naturale in mouendo mouetur.

Actio et passio sunt unus motus numero: et sunt in passio sicut in subiecto.

Quicquid fit: necesse est accipere finem.

In perceptis non differt posse et esse.

Nallum corpus est actu infinitum.

Infinitum secundum quod huiusmodi est ignotum.

Unumquodque res resoluitur in id ex quo componitur.

Idem est locus totius et partis.

Idem est motus totius et partis.

Continuum est diuisibile in infinitum.

Infinitum habet rationem partis et non totum et habet rationem materie et non forme

Infinitum est cuius quantitate accipientibus semper est aliquid extra accipere.

Totum et perfectum est cui nihil deest.

Numerus causatur ex diuisione continui.

Continuum est infinitum secundum diuisionem: numerus vero secundum appositionem.